



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

46 Reservati sunt Sedi Apostolicae casus in Bull. Coenae Domini contenti,
& alij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

constire. Quapropter non sufficit, quod supplicatio fuerit expedita, sed debent litteræ Apostol. sub plumbo presentari, ut cesseret fructuum reservatio, Pius IV. in litteris, in otu proprio, expeditis, in Bull. Rom. cap. 36.

44. † Et fuit postea tempus reservationis fructuum prorogatum usque ad diem adeptæ possessionis, & eorumdem fructuum reservatio comprehendit fructus beneficiorum reservatorum, & auctorum, duntaxat, ut opportunitiori loco infra probatur.

Sunt etiam camere Apostolicæ reservata, & eidem spoliorum nomine spe-
45. & sunt, bona quæcunque, † per quoscumque, regulares extra claustra ecclesi-
garum, monasteriorum, domo-
rum, & quorumcunque regularium locorum degentes, quocunque jure,
& actione, sive ex causa testati, sive intestata acquisita, & in posterum acquirenda, vel ad eos delata, in quibusvis locis consistant, ut in constitut, Greg. XIII. inci-
piente, officii nostri, cap. 44.

46. Reservantur etiam Sedi † Apostolicæ
omnes casus in Bulla Coenæ Domini
contenti, & alii quamplures, de quibus
per Navarr. in cap. 27. à num. 49. usque
ad num. 113. tom. 3. in constitut. & si Do-
minici. in extravag. cam. de paenit. &
remiss. & concil. Trident. cap. 7. de casu re-
serrat. sess. 14.

47. Atrociora vero quædam, † ac gravia
crimina committentes, non à quibusvis,
sed à summis duntaxat sacerdotibus sunt
absolvendi, ideo merito Pontifices pro
suprema potestate sibi in Ecclesia uni-
versa tradita, causas aliquas criminum
graviores, suo potuerunt peculiari reser-

vare judicio, concil. Trident. cap. 7. de
casu reservat. sess. 14.

48. Neque dubitandum est, † quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt,
quoniam hoc idem Episcopis omnibus in sua
cuique dicebūt, in ædificationem tamen,
non destructionem, liceat, pro illis in
subditos tradita supra reliquos inferiores
sacerdotes auctoritate, præsertim quo ad
illa, quib[us] excommunicationis censu-
ra annexa est. H[oc] autem reservationem
consonum est divinis auctoritat[i],
non tantum in extrema politia, sed etiam
coram Deo vim habere, cap. de ca-
tero. & cap. de monialibus, ext. de sent. ex-
comm. cap. si. Episcopus, de paen. in 6. &
concil. Trident. d. cap. 7.

49. † Si quis autem dixerit, Episcopos
non habere jus reservandi sibi casus, nisi
quo ad extrenam politiam, atque ideo,
casum reservationem non prohibere,
quoniam sacerdos à reservatis vere ab-
soluat, anathematis poenam incurrit, con-
cil. Trident. de sacr. paenit. can. 11. ead.
sess. 14.

Et, quoniam † quamplures regula-
res, & alia personæ variis privilegiis sus-
fulta non obstantibus pluribus declara-
tionibus, congregatione sacri concil.
Trident. factis de non absolvendo a ca-
sibus locorum Ordinariis reservatis;
nihilominus absolvere prætendebant,
sacra congregat. Episcoporum, & re-
gularium negotiis præposita, justis, &
gravibus ex causis id exigentibus, ac de
Clementis Papæ VIII. mandato viis
vocis oraculo desuper habito, sacerdoti-
bus omnibus, tam secularibus, quam ra-
gularibus, per universam Italiam extra
Urbem degentibus, ad confessiones audi-